UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. Formalia dieses Aufsatzes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

1648. Julius.

Und denen Ständen, den Aufſatz in puncto Militiæ.

den Tages, den 2. Jul. liefferten ſelbige auch denen Reichs-Ständen, den ſub N. I. hier anliegenden Aufſatz, in puncto *Militiæ*, ein, wie ſie ſolchen dem puncto Executionis in dem Inſtrumento Pacis gerne einverleibet haben wolten. Weil aber darinnen, die, hiebevor a Statibus reſolvirte Conditiones, und andere nöthige Verwahrungen mehrentheils übergangen waren; ſo wurden von denen Ständen bey der, am 6. ejusd. darauf gehaltenen Conſultation, allerhand nöthige Erinnerungen dagegen gemacht, wie hernach gemeldet werden ſoll.

Selbigen Tages, am 2. Julii, conferirten auch die Reichs-Deputirte mit dem Schwediſchen Kriegs-Rath, *Erskein*, in Meynung, dem genommenen Verlaß zufolge, mit ihm einen Schluß zu machen, was geſtalt die Soldateſca, ſonderlich in denen Garniſonen, binnen denen 2. Monathen, a concluſa usque ad ratificatam Pacem, mittelſt einer moderaten Verpflegung und Abſchneidung alles Überfluſſes, etwa unterhalten werden möchte: wozu allerhand dienſame Vorſchläge geſchehen: Erskein aber verſchob es am Ende auf die Generalität, und deren Entſchlieſſung, bey welcher er alle dienſame Recommendation einzulegen verſicherte.

N. I.

Dict. Osnabr. 3. Julii Anno 1648.
per Direct. Mogunt.

Militiæ Suedicæ Satisfactio Articulo Executionis inſerenda.

Denique pro Militiæ Suedicæ exauctoratione omnes & ſinguli Proceres ſeptem ſequentium Circulorum Imperii, Electoralis Rhenani, utriusque Saxonici, Franconici, Suevici, Inferioris Rhenani & Weſtphalici, teneantur in medium conferre quinque Myriades Imperialium Thalerorum; idque tribus terminis: Primo termino ad manus ſupremi militiæ Suedicæ Ducis tradituri ſunt octodecim centena millia Imperialium Thalerorum in ſpecie, & duodecies centena millia per aſſignationes ad certos Status: Idque ita, ut ſub ipſam ratihabitionum Pacis commutationem & ſatisfactio & exauctoratio dictæ militiæ exinde pari paſſu peragi poſſint. Reliquarum duarum Myriadum priorem quidem fine anni milleſimi ſexcenteſimi quadrageſimi noni, alteram vero fine anni 1650. utramque Thaleris Imperialibus in ſpecie, Hamburgi in Banko, Regiæ Majeſtatis Sueciæ ad id cum poteſtate deputatis Miniſtris, bona fide ſunt exſoluturi. Sicut autem dicti ſeptem Circuli ſoli militiæ Suedicæ aſſignati intelliguntur: ita ſinguli eorum Proceres eam tantum portionem, quæ juxta Matriculam & extraditam hic deſignationem unicuique præſtanda incumbit, pendere debebunt: nec ullus Status vel a ſolutione immunis ſit (excepta ſola Domina Landgravia Haſſiæ) vel pro alio ſuo Conſtatu ſolvere teneatur. Ut autem Regia Majeſtas Sueciæ eo ſecurior certiorque ſit, de infallibili ſingulorum terminorum præſtatione, ſinguli dictorum Circulorum Proceres vigore hujus Conventionis ſe obligant ſponte, idque ſub hypotheca omnium ſuorum bonorum pœnæque fractæ pacis, ad ſupra datam fidem ſincere ſerioque liberandum: Ita quidem, ut ſi mora ullius intervenerit, non ſolum omnes Imperii Ordines, potiſſimum vero Circuli cujusque Directores Ducesque, vi articuli aſſecurationis Pacis, teneantur promiſſa, ceu rem judicatam exequi absque ullo ulterioris juris proceſſu vel exceptione: ſed & ipſi Regiæ Majeſtati Sueciæ eo caſu liberum ſit, ſi opus fuerit, Repreſſaliis uti, donec ratione dictæ totalis ſummæ indemnis præſtetur.

§. II.